EH56A104

104

KJA2150
.G88
A2
1601-70
v.1
t.4-5
c.1

1080045064

BMU Raúl Rangel Frías
UANL
FONDO
B. PUBLICA DEL ESTADO

178

Dn. Ioannis

GVTIERREZ IVRISCONSVLTI PRAECLARISSIMI, HISPANI,

CANONICI DOCTORALIS ALMÆ ECCLESIÆ CIVITATENSIS,

Practicarum Quæſtionum Ciuilium

SVPER LIBRO SEXTO ET SEPTIMO SECVNDÆ Partis & aliis legibus præcedentium Librorum, Nouæ Collectionis Regiæ Hiſpaniæ,

LIBER IV.

46397

IN QVIBVS LXXIII. QVÆSTIONES ADMODVM vtiles in praxi continentur.

Cum Tabulis Legum, Quæſtionum, nec non rerum ac verborum Indice vberrimo.

Et Cæſareæ Maieſtat Priuilegio Decennali.

FRANCOFVRTI
E Collegio Muſarum Paltheniano.
M. D. C XIV.

Nobilibus,

CLARISSIMIS, DOCTISSIMIS INTEGERRIMIS AC HONESTISSIMIS VIRIS,

Dominis Patronis, Mecœnatibus ac Fautoribus ſuis, vniuerſis & ſingulis,

SOCIETATIS MERCATORIÆ in Nobili Francofurto.

S. P.

QVamprimum, Viri Nobiles, Clariſſimi, ac integerrimi, præclariſſimi Iuriſconſulti Doctoris Ioannis Gutierrez, Præbendæ literariæ, (vulgo *Doctoralis* nuncupatæ) Eccleſiæ Ciuitatenſis Canonici, Tractatus luculentiſſimos, tum de Tutelis, tum de Iuramento, ex Hiſpania per amicos elegantioris lituræ fautores vnicos, ad me, non ſine magnis meis ſumtibus ante octenniũ miſſos, videre mihi contigit; ſtatim ex voluntatis meę deſiderio pellegi, nec quid de ipſius ſentirent ſcriptis alii docti, longe a mente mea profectus ſum, aliorum iudicia expoſcens. Adeo enim ingenio excogitata, induſtria elaborata, iudicio perfecta, omnibus denique numeris abſoluta eſſe perſpexi omnia, vt non ſolum Hiſpaniæ, & regno præcipue Caſtellæ, ſumme neceſſaria, ſed omnibus aliis prouinciis totius orbis vtiliſſima iudicarem, ita vt ſine magna Reipublicæ literariæ iniuria vel minima temporis dilatione eius editio differri non debeat. Nec mora: periculi faciundi cauſſa, tractatum de Iuramento & Tutelis cum Quæſtionibus eiuſdem Ciuilibus prælo ſubieci: ac in publicum emporium produxi: conſpiciendũ ac trutinandum altiorib. ingeniis propoſui. Nec mea me fefellit opinio: adeo enim non diſplicuit Iuriſconſultis meus conatus, meumque iudicium, vt auida manu, quotquot viderunt, eum expeterẽt laborem omnes. Vt enim in verbis eſt parciſſimus, ita rerum & ſententiarum pondere & copia eſt locupletiſſimus, præſertim vero tot rerum iudicatarum & cum theorica collatarũ exemplis, vndique conquiſitis, veraciter fideliterque propoſitis refertiſſimus. Quæ cauſſa me mouit, vt procedente die, præfatis tractatib. & Canonicas Quæſtiones cum Conſiliis, tum noſtris inprimis Iuriſconſultis omnibus, tum exteris, vtiliſsimas, gratiſſimas & optatiſſimas coniungerem. Quod nec ipſum male cecidit. Verum cum ab eo tempore in Hiſpania libro tertio Quæ-

ſtionum ciuilium, (cuius inſcriptio in noſtra editione cum promiſſione Quartæ & Quintæ partis perperam facta fuit: Solum enim tertius liber omiſſo quarto & quinto inconſiderata collatione facta ad libros recopilationũ, prodierat) recẽs acceſſerit Liber Quartus: omnino neceſſarium duxi, eundem cum noſtra Germania per typos communicare, vt & qui priores partes ſuo ſibi compararunt ære, eo non deſtituantur, & qui in poſterum eas coemturi ſunt, eas habeant integras. Verum cum, cui innitar, ſacram requiram anchoram, ac tutiſſimum, quo confugram, deſiderem patrocinium, nullum mihi portum, nullam anchoram, nullum præſidium magis neceſſarium, in hac vrbe video, quam vos multiplici rerum vſu, ac doctrina inſtructiſſimos, bonarum literarum fautores ſtrenuos. Veſtram ergo opem, veſtrumque auxilium, a veſtra poteſtate, auctoritate, beneuolentia & liberalitate profectum, expeto, expoſco, ſimulq; veſtræ, quæ eſt à ſopitis tũ bellis inteſtinis prima ac præcipua, congratulor ac congaudeo Societati. Vos vero hunc librum ne emori patiamini, ſed ipſum fouete, alite atque ſuſtẽtate, vt vobis fouentibus viuat, & viuentibus augeatur. Quod fiet, ſi veſtra auctoritate, voluntate atque facultate, vt oro & obſecro, opus hoc veſtro nomini donatum tueamini. Datæ Francofurt. Cal. Aprilis 1614.

V. Excel.

Totus

Zacharias Palthenius D. ac librarius
in Repub. Francofort.

ILLV-

ILLVSTRISSIMO DOMINO D. IOANNI DE ACVNNA VILLARVM DE VALLE, Alcantarilla, & Carracenilla Domino, Regni Legionis maiori Notario, & meritiſsimo Caſtellæ Præſidi Doctor Ioannes Gutierrius Canonicus Doctoralis Ciuitatenſis.

I*Nſcriptum Fronti* Acunnæ *clariſsimum nomen, quin dicam numen* (Illuſtriſsime Præfecte) *frænare poſſet; deberet imo,* Zoilorum *in librum noſtrum virulenta probra, linguamq; procacem. At peream ſi id ſacrandi tibi codicem conſilium noſtrum duxerit vnquam. Vt quid enim diuinum* Heroem *abiectiſsimis opponam Pygmeis? Aut cur Cicadas ala (vt fertur) corripiemus otioſe? Nam*

Quid prodeſt muſcas operoſis pellere fabris
Negligere eſt ſatius

Quid tandem? Vt occaſione e re nata, oratione prolixa gentilium tuorum ſtemmata illuſtria, pariter ac vetuſta, virtutemq; contexam maiorum, maior qua, niſi tua, nulla? Apage, vt tam actam agamus rem, eius veraram iuris, rerumque omnium notam laudemus prudentiam viri, cui ſoli poſt longa onerum, & honorum experimenta prudentiſsimus Princeps *in tam procelloſo mari clauum commendarit ſecure: ne quod in* Herculis *verboſum laudatorem olim alij, in nos æque inclament omnes?* Quis negat? *Ea igitur noſtri animi ratio, illaq; mens, vt quod ex præcordiis veritate depromta firmamus ſermone, ſiquidem vox non æterna, ſcriptis ſaltem teſtemur æternum:* Gutierrium *quidem tam veretuum, ac ſi ære emtum, & libra: tamq; tuæ (bono ſuo fato) beneuolentiæ experientem, vt tuam in ſtudioſos homines manſuetudinem, & humanitatem futura ſæcla videant, & inuideant ſimul. Vale (macte virtute, & prudentia* Ampliſſime vir) *publicamque, ac ſtudioſorum priuatam rem perpetuo tuere.*

INDEX LEGVM ET QVAESTIONVM HVIVS LIBRI QVARTI, SVPER SECVNDA parte nouæ collectionis Regiæ Legum huius Regni.

In l. 1. 2. 3. 4. & 5. tit. 1. lib. 6. nouæ collect. Regiæ.

QVæſt. I. Vtrum attento hoc iure Regio. *los Caualleros armados*, ſint liberi, ac immunes, *de pagar todos pechos y moneda forera*, necne.

Quæſt. II. In l. 4. & 5. agitur de intellectu harum legum.

Quæſt. III. An nobiles ſanguine vtentes officiis, vel artibus vilibus, amittant ſuam nobilitatem naturalem, eiuſq; priuilegia.

Quæſt. IV. Vtrum prædicta l. 3. titul. 1. lib. 6. procedat in militibus armatis exercentibus alia officia in hac l. non enumerata.

Quæſt. V. An milites armati, de quibus in l. 1. 2. 3. & 4. huius titul. gaudeant priuilegiis nobilibus ſanguinis conceſſis per leges Hiſpaniæ.

Quæſt. VI. An ſicut vxor vidua, quæ fuit nupta nobili ſanguinis gaudet priuilegiis mariti defuncti, vt in l. 9. tit. 11. lib. 2. nouæ coll. Reg. ita etiam vidua, quæ nupta fuit militi armato, gaudere etiam debet eius priuilegiis durante viduitate.

Quæſt. VII. An fidalgui, ſeu nobiles priuilegio Principis, ſeu Regis noſtri pecunia effecti, ſeu alias, qui ante a ſua origine erant plebeij, poſſint eſſe milites, ſeu Commendatarij, hoc eſt, *de Habito, e inſignias delas Ordenes militares de Eſpaña*, non ſecus. quam illi qui a maioribus ſuis origine, ac ſanguine nobilitatem trahunt, an vero iſthæc nobilitas poſitiua, & datiua non ſufficiat, ſed requiratur natiua.

Quæſt. VIII. An ſi conditor maioratus, vel meliorationis caueat, & diſponat, quod ſuccedens in eo, vel in ea non contrahat matrimonium cum plebeia, ſed cum generoſa, vel fidalga, & ſi fuerit fœmina cum generoſo, vel fidalgo, an ſatisfaciat diſpoſitioni maioratus huiuſmodi, vel meliorationis ſuccedens contrahens matrimonium cum muliere, vel homine nobili ex priuilegio Principis.

In l. 7. tit. 1. lib. 6. nouæ collect.

Quæſt. IX. An priuilegium, vel gratia Principis immunitatis, ſeu armatæ militiæ alteriusve rei ſcripturam requirat ad ſuam eſſentiam, & valorem.

Quæſt. X. An (circa ea quæ dicta ſunt in quæſt. præcedenti) gratia principis valeat, & proſit abſq; literarum expeditione.

In l. 8. tit. 1. lib. 6.

Quæſt. XI. Quare priuilegia nobilitatis, & exemtionum Imperatoris Caroli V. vt Imperatoris conceſſa ſubditis ſuis, & originariis ſuorum Regnorum, intelligantur tantum conceſſa in terris Imperij.

In l. 9. tit. 1. lib. 6.

Quæſt. XII. An hæc l. in quantum prohibet ne arma, & equi militum capiantur, aut pignorentur pro vllo debito, niſi ſit Regis, procedat tantum alij bonis exſiſtentibus, in quibus fiat exſecutio, vel etiam ſi alia bona non exſiſtant.

In l. 1. tit. 2. lib. 6.

Quæſt. XIII. Quomodo procedat prædicta lex, & de eius intellectu, dum in ea conſtitutum eſt, fidalgos Hiſpaniæ teneri probare pacem. & concordiam pacto inter ſe initam, nec vllo modo eam violare.

In l. 4. & 5. tit. 21. lib. 6.

Quæſt. XIV. An fidalgus poſſit renuntiare priuilegio ab eiſdem legibus ſibi conceſſo, ne capi aut incarcerari poſſit pro debito ciuili.

Quæſt. XV. An prædictæ l. 4. dum præcipit: *Que ningun Hijodalgo pueda ſer pueſto a tormento*, ſit hodie in vſu, & praxi.

Quæſt. XVI. An nobiles, hoc eſt, fidalgui pœna ignominioſa puniendi ſint, ſi eorũ crimina hoc poſcant, ſicut plebeij, an vero in hoc quoque ſint priuilegiati, & pœna nobiliori afficiantur.

Quæſt. XVII. An Doctores, & Aduocati poſſint de iure torqueri pro delictis, quibus plebeij torquentur.

Quæſt. XVIII. An Decuriones, eorumq; filij, & nepotes poſſint torqueri pro delictis ſuis.

Quæſt. XIX. An clerici pro delictis a ſe commiſſis poſſint iure torqueri, ſi legitima adſint indicia, criminaque ſint eius qualitatis, vt pro eis tortura locum habeat.

In l. 7. tit. 2. lib. 6. nouæ collect.

Quæſt. XX. Agitur de intellectu prædiorum l. 7. circa quam quæritur, qualia priuilegia nobilitatis ſint reuocata, & qualia non.

In l. 11. tit. 2. lib. 6.

Quæſt. XXI. Quæritur circa prædictam l. 11. qua cauetur, nobiles carcerem ſeparatum habere debere, quomodo hoc intelligatur, & practicetur.

Quæſt. XXII. An nobili blaſphemo poſſit alter carcer aſſignari quam publicus.

In l. 12. tit. 2.

Quæſt. XXIII. An filij legitimati, attento iure communi, ac Regio, gaudeant nobilitate patris, tam quoad tributa, quam quoad alios honores, & priuilegia nobilitati conceſſa.

In l. 5. tit. 6. lib. 6. nouæ collect.

Quæſt. XXIV. Quæritur circa prædictam l. 5. qua cauetur, neminem poſſe portare arma noctu, poſtquam campana pulſata eſt, quæ debet pulſari decima hora, an ſi campanarius non pulſauit companam, & aliquis fuit inuentus cum armis, poſt horam ſolitam pulſandi campanam, nunquid debeat condemnari in pœnam amiſſionis armorum.

Quæſt.

Quæſt. XXV. An incidat in pœnam huius legis, qui viſus per iudicem, vel eius officialem portare arma in via, vel loco prohibito, aufugiens, quouſq; ingreſſus fuit domum ſuam, vel locum tutum, iudexque, vel eius officialis ſemper inſecutus eſt eum, & in dicta domo propria, vel loco tuto apprehendit eum cum armis.

Quæſt. XXVI. An appellatione armorum veniant etiam parata ad defenſionem, adeo vt ſtatutum, vel lex loquens de facientibus vim cum armis, vel deportantibus arma comprehendat eos, qui portant arma apta ad defendendum, non vero ad offendendum.

Quæſt. XXVII. An familia perquirens de nocte portantes arma repererit tres ſocios, ſimul aſtantes, & ſub eorum pedibus vnum enſem, vel aliam armorũ ſpeciem, nec ſciri poſſit cuius fuerit, an omnes teneātur.

Quæſt. XXVIII. An credendum ſit officiali dicenti, ſe deprehendiſſe talem cum armis prohibitis tempore, vel loco vetito, deprehenſo hoc negante.

In l. 9. tit. 6. lib. 6.

Quæſt. XXIX. An prædicta lex, in quantum prohibet: *Que ninguna perſona trayga eſpada, verdugo, ni eſtoque de mas de cinco quartas de vara de chilla en largo*: comprehendat exterum a Regno noſtro ignoranter contrauenientem diſpoſitioni noſtræ leg.

In l. 9. tit. 11. lib. 6.

Quæſt. XXX An quemadmodum quilibet ſuis expenſis poteſt facere pontes in flumine publico, ita etiam poſſit facere molendinum ſine licentia Principis.

Quæſt. XXXI. An poſſit ædificari de nouo molendinum in præiudicium alterius molendini antiqui.

In l. 12. tit. 11. lib. 6.

Quæſt. XXXII. An domini temporales locorum poſſint prohibitiones facere, vt ipſi, & non alij habere poſſint diuerſoria. & alia huiuſmodi.

Quæſt. XXXIII. An Reſpublica poſſit ſaltem indirecte ſtatuere in præiudicium furnorum, vel molendinorum priuatorum, præcipue ſuffulta facultate Regia ad imponenda vectigalia pro ſuo arbitrio, vt in exemplo hic poſito.

Quæſt. XXXIV. Quæritur circa verba huius legis, quis dicatur iuſtus titulus ad faciendas prohibitiones, & ſtanchia ad molendum triticum ad ſua molendina, & coquendum ad ſuos furnos, & ſimilia, non vero alibi.

Quæſt. XXXV. An quaſi poſſeſſio quadraginta annorum dominorum, vel communitatis faciendi ſtanchia, & prohibitiones in ſuis terris, & dominiis, an ſit ſufficiens ad hoc, vt in ea tueri debeant.

In l. 1. tit. 13. lib. 6.

Quæſt. XXXVI. Quæritur circa hanc legem, quid ſit theſaurus, & quæ pars eius iure communi, & noſtro Regio inuentori, atq; proditori competat.

In l. 1. & 2. tit. 18. lib. 6.

Quæſt. XXXVII. An repertus in via, vel itinere extrahens res prohibitas ab his Regnis, poſſit iuſte pœnis legum huius Regni puniri.

Quæſt. XXXVIII. An hæc lex ſit ſeruanda in quantũ præcipit, pœnam impoſitam contra extrahentes monetam ab his Regnis locum habere contra Prælatos, clericos exemtos, & alios quoſcunque.

Quæſt. XXXIX. An coloni clericorum pro fructibus beneficiorum, & Eccleſiarum circa extractionem eorum a territorio ſint exemti, & priuilegiati, ſicut ipſimet clerici, & Eccleſiæ.

Quæſt. XL. An ſaccus in quo exportatur frumentum (eo caſu quo frumentum amittitur) amittatur, ſicut frumentum.

Quæſt. XLI. An pœna, quæ imponitur extrahentibus ab his Regnis res vetitas, nempe, vt res amittantur, plauſtra, boues, equi, muli, & cetera, locum habeat, quando prædicta, in quibus res vetitæ exportantur, ſint aliena, vtpote commodata.

Quæſt. XLII. An agricultores forenſes poſſint ſuam partem frumenti, quam recollegerunt in territorio, exportare impune ad domum ſuam.

Quæſt. XLIII. An ſint alij caſus, vel cauſſæ excuſantes frumentum, & alias res vetitas, e quibus rei defendantur vltra ſupra enumeratas, in quæſt. præcedenti.

In l. 25. tit. 18.

Quæſt. XLIV. An extrahens f[illegible] ab his Regnis comprehendatur ſub legibus prohibentibus extrahi panem.

In l. 8. tit. 11. lib. 5.

Quæſt. XLV. An prædicta lex, qua cauetur: *Que ſi los Alcaldes de ſacas vedadas hiZieren algun agrauio los Corregidores de ſu Mageſtad, y las juſticias de la Corte Real, puedan por ſimple querella. o por apelacion. o por otra via de derecho conocer, y determinar*, ſit ſimpliciter, & generaliter intelligenda, ſiue grauamen illatum ſit per interlocutoriam, vel alias quocumque modo grauamen inferatur.

In l. 14. tit. 26. lib. 8.

Quæſt. XLVI. An iuſtis ex cauſſis poſſit pœnam etiam certam, & præciſam, & ſic ordinariam moderari, abſq; fraude, vel dolo.

In l. 21. tit. 18. lib. 6.

Quæſt. XLVII. An paſtori, vel caprario credatur ſub iuramento ſuper morte, vel amiſſione boum, ouium, caprarum, vel animalium, maxime ſi adducat pelles.

In l. 28. tit. 18. lib. 6.

Quæſt. XLVIII. An extractio frumenti (quamuis a Regno non extrahatur) tempore neceſſitatis, & inopiæ poſſit interdici a iudicibus inferioribus, & conciliis ciuitatum, & populorum.

Quæſt. XLIX. An ciues poſſint cogi frumentum in territorio collectum conuicinis, potius quam exteris vendere, tempore quo adeſt annonæ careſtia.

Quæſt. L. Concilia ciuitatum, & oppidorum, item, & ciues loci, vbi frumentum colligitur, intra quantum tempus admittantur ad retrahendum illud, quod ab exteris eſt emtum.

Quæſt. LI. An debitores tritici, olei, vel alterius generis frumenti tempore ſterilitatis panis, quo emendus non reperitur, teneantur præciſe in tritico, &c. ſoluere iuxta formam contractus, vel an ſatisfaciant ſoluendo pretium in pecunia iuxta texam panis.

In l. 2. tit. 20. lib. 6.

Quæſt. LII. An ſi famulus deſerat dominum, abſque eius culpa ante tempus ſeruitij completum, debeatur ei ſalarium temporis præteriti, quo ei ſeruiuit.

Index quæſtionum libri ſeptimi nouæ collectionis Regiæ.

In l. 8. tit. 1. lib. 7. nouæ collect.

Quæſt. LIII. An ſtatuta ciuitatis, vel villæ egeant confirmatione Regia.

In l. 2. tit. 2. lib. 7.

Quæſt. LIV. An priuilegia, & conſuetudo immemorialis conciliis populorum competentia eligendi Rectores, & iudices ſint valida, & ſeruanda.

In l. 3. tit. 5. lib. 7.

Quæſt. LV. An Rectores ciuitatum, vel oppidorum, poſſint eſſe fideiuſſores Theſaurarij Regis, qui hoc officium emit a Rege pretio.

Quæſt. LVI. An habens obligationem publicam macelli, & ſimilium poſſit eſſe ſimul Rector, vel Prætor eiuſdem oppidi.

Quæſt. LVII. An Procurator Generalis ciuitatis, vel villæ, qui alias dicitur Syndicus, poſſit eſſe conductor Macelli, hoc eſt, *Obligado de las carnicerias, o de otras obligaciones publicas de mantenimientos de la Republica.*

In l. 4. tit. 5. lib. 7.

Quæſt. LVIII. An præconia in locatione, & conductione rerum ciuitatum, oppidorum, & populorum huius Regni ſingulis nouem diebus danda ſint.

In eadem l. 4.

Quæſt. LIX. An reſpublica, concilium, vel fiſcus Regius facta locatione ſuorum redditũum poſſit agere inſolidum pro mercede deputata contra ſocios conductorum, quos ipſi in conductione prædiorum in ſocios poſtea admiſerunt, ſeu nominauerunt.

In l. 11 tit. 7. lib. 7.

Quæſt. LX. An non obſtante prædicta l. 11. qua cauetur: *Que la juſticia y Regidores no puedan dar tierras, ſin preceder licencia Real para ello*, poſſint Rectores aliquo caſu dare aliquas terras.

Index quæſtionum practicarum ex aliquibus legibus præcedentium librorum.

Quæſt. LXI. An triticum, & ceteræ merces, quibus per leges Regias certum pretium taxatum eſt tempore ingentis neceſſitatis, poſſint vendi propria auctoritate ſecure in conſcientia vltra illud pretium taxatum.

Quæſt. LXII. An dominus frumenti poſſit ſecure in foro conſcientiæ exigere iura portationis: *Por las leguas del pan de ſus rentas, que le cueſta cada fanega de pan pueſta en ſu caſa, aunque ſe lo traygan ſus renteros por condicion del contrato.*

In l. 1. & 2. tit. 8. lib. 1. nouæ collect.

Quæſt. LXIII. An iudices Conſeruatores Apoſtolici conceſſi religioſis, poſſint iure debitores eorundem ex cauſſa ciuili compellere, atque cenſuris cogere ad ſolutionem debitorum ad inſtantiam Prælatorum, fratrum, & conuentuum ipſorum, necne.

In eaſdem ll. 1. & 2. tit. 8. lib. 1.

Quæſt. LXIV. An loca regularia, & ſimilia quæ iuxta Concilium Tridentinum Conſeruatorem eligere poſſunt, auctoritate Apoſtolica conueniri poſſint coram iudice ordinario Eccleſiaſtico, vel coram ſuo Conſeruatore conueniendi ſint.

In l. 1. & 2. tit. 2. de las arras, *lib. 3. fori.*

Quæſt. LXV. An mulier tranſiens ad ſecundas nuptias teneatur reſeruare arrhas prioris mariti filiis illius matrimonij.

In eadem l. 1. tit. 2. lib. 3. fori.

Quæſt. LXVI. An ſponſus, vel maritus nomine dotis, & in dotem poſſit promittere ſponſæ, vel vxori vltra decimam partem ſuorum bonorum, & an valida ſit huiuſmodi promiſſio.

Quæſt. LXVII. An admittatur moræ purgatio attento iure canonico, eiuſq; æquitate in diſpoſitione iurata, & vbi alias non poterat mora purgari.

Quæſt. LXVIII. An mulier poſtquam ſemel agnouit bona quæſita, ſeu perlucrata conſtante matrimonio poſſit poſtea pœnitere, & reuocare acceptationem, lucrorum a ſe factam prætextu multitudinis debitorum, poſtea apparentium abſtinendo ſe a prædictis bonis, eaq; renuntiando.

Quæſt. LXIX. An beneficio reſtitutionis in integrum res cum fructibus ſit reſtituenda.

Quæſt. LXX An reſtitutio in integrum competat pro modica læſione.

Ad l. 4. tit. 5. lib. 7.

Quæſt. LXXI. An ſubhaſtans res Reipubl. vel proprias voce præconij omnibus conducere, vel emere volentibus intra certum terminum, obligetur ad locandum, vel vendendum comparentibus intra eundem terminum, & offerentibus certum pretium.

Quæſt. LXXII. An clauſula codicillaris appoſita in teſtamento fratris, in quo fuit turpis perſona inſtituta, operetur, quod ab inteſtato intelligatur relicta hereditas heredi ſcripto per fideicommiſſum, rupto teſtamento per querelam fratris, vel ſororis, vtrinq; coniuncti, vel conſanguinei ex parte patris.

Quæſt. LXXIII. An filius ſpurius dicatur turpis, & infamis perſona ad hoc, vt inſtitutus heres a fratre ſtantibus aliis fratribus, vtrinq; coniunctis, vel conſanguineis poſſint hi querelare teſtamentum fratris inſtituentis prædictum ſpurium.

PRACTICARVM QVÆSTIONVM CIRCA LEGES REGIAS HISPANIÆ, PRIMÆ PARTIS NOVÆ COLlectionis Regiæ, Clariſſimi Iuriſconſulti Doctoris Ioannis Gutierrez, Præbendæ literariæ (vulgo Doctoral nuncupatæ) almæ Eccleſiæ Ciuitatenſis Canonici.

LIBER QVARTVS.

QVÆSTIO PRIMA.

SVMMARIA.

1 M*ilites armati: An attento iure Regio ſint liberi, ac immunes*, de pagar todos peches y moneda forera, *necne? & numeris ſequentibus eligitur, & probatur pars affirmatiua, num. 7.*

2 *Requiſita ad hoc, vt milites armati gaudeant, ſuis militiis, & num. 3. quomodo hoc ſit intelligendum.*

4 *Lex noua generalis non corrigit caſus exceptos atque ſpeciales leges Veteris.*

5 *L. 1. huius tituli primi lib. 6. Nouæ Collectionis Regiæ expenditur pro parte affirmatiua.*

6 *L. 2. eiuſdem tituli expenditur pro eadem ſententia affirmatiua.*

7 *Sub num. 6. Milites armati ſufficit*, que va yan a ſeruir, quando ſe ofrezca ocaſion, ſin que puntualmente mantengam cauallos, *vt receptum eſt in Regia Curia*, de los hijos dalgo *Pintiæ.*

8 *Ratio prooemialis generalis attendi debet, niſi lex ipſa ſe declaret, atque exponat, vt in caſu l. 4. tituli primi lib. 6.* Nouæ Recollectionis.

9 *Rex poteſt immunitatem, libertatem, & excuſationem alicui concedere a tributis gratioſe, vel ob ſeruitia, vel rogitu alterius, imo, & a monetis, & numeris ſequentibus, quomodo intelligatur.*

10 *Rex licet liberet aliquem ab omni tributo nihilominus is tenebitur ad ſoluendam monetam, niſi nominatim eam deſignauerit, a qua eum immunem facit, nec tunc perpetuo a ſolutione eius liber erit, ſed tantum pro tempore vitæ illius Regis, qui gratiam, ſiue huiuſmodi priuilegium eidem conceſſerit, niſi in eo dicatur, quod in perpetuum ipſum liberat a ſolutione prædictæ monetæ.*

11 *Fidalgus, ac proinde liber, & immunis a contributionibus, & moneta forera, poteſt quis a Rege effici, & quomodo hoc intelligendum.*

In l. 1. 2. 3. & 4. tit. 1. lib. 6. Nouæ Collect. Reg.

QVÆSTIO I.

QVÆRO † pro intellectu *l. 1. 2. 3. & 4. tit. 1. li. 6. Nouæ Collect. Reg.* An attento hoc iure Regio, *los Caualleros armados*, ſint liberi, ac immunes, *de pagar todos pechos, y moneda forera*, necne? Et videtur primo pars negatiua vera (quando ipſi ſua origine erant plebeii, & tributarii) ex hac noſtra l. 1. ibi: *Mas que pagaſſen en todos qualeſquier pechos, aſſi Reales, como Concejales, ſegun que antes que fueſſen armados Caualleros lo ſolian pagar, no embargante qualeſquier cartas, y alualaes que ſobre ello ouieſſen dado*, & iterum ibi: *Excepto en los dichos pechos.* 1

Secundo, † quia etiam ſi eadem l. 1. poſtea in deciſione requirat ad hoc, vt prædicti milites armati gaudeant ſuis militiis, *que ſean tenudos de tener continuamente cauallos, y armas para ſeruir al Rey en las guerras, y que el cauallo ſea de valor con que pueda ſeruir, y el arnes cumplido en que aya hojas, o platas* & alia in hac l. contenta, *y que de otra guiſa no puedan gozar de la Caualleria, ni de los priuilegios della, y que los hijos que ouieren auido antes de la Caualleria, no gozen de la exempcion, y priuilegios della, ſino los hijos que ouieren deſpues de la dicha Caualleria, con la meſma carga, y no otros, ni de otra guiſa.* † Hoc tamen reſpectu aliarum prærogatiuarum, atque priuilegiorum militibus conceſſorum præterquam tributorum videtur neceſſario intelligendum, *Conforme a lo precediente de la miſma ley en que ſe refiere la pregmatica del Rey don Iuan, publicada en la cuidad de Toledo, anno 1442. en que expreſſamente ſe mado*; ne alias detur correctio ipſius per ſecundam partem noſtræ l. cum in hac ſecunda parte nihil de immunitate a tributis expreſſe, & in indiuiduo decidatur, ſed generaliter de libertate, & immunitate dictarum militiarum: Ergo intelligamus hoc iuxta ſuperiorem partem eiuſdem l. ita vt ſpeciei exceptæ in principio legis non derogetur per generalitatem ſubſequentem, ne ſcilicet inducamus correctionem, † cum lex noua generalis minime corrigat caſus exceptos, atque ſpeciales legis veteris, iuxta l. ſciendum iuncta glo. ibi, vbi communiter DD. notant *ff. qui ſatis d. cog.* & in *l. 3. C. de ſilentiar. lib. 12. verbo Decurionibus* cõmuniter approbatam: ſimilis recte inſpecta, 2 3 4